



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

133 Idem, quòd supra num. 128.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

nostre revocationis, cessationis, irritatio-
nis, annulationis, vacationis, decreti, man-
dati, injunctionis, derogationis, voluntatis
& declarationis infringere, vel ei a usu te-
merario contraire. Si quis autem hoc atten-
tare presumperit, indignationem Omnipotens
Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli
Apostolorum ejus se noverit incursum,

Datum Romæ apud sanctum Petrum,
anno Incarnationis dominice millesimo
quingentesimo, sexagesimo sexto. Sexto
Idus Februarij Pontificatus nostri Anno
secundo.

133. Unde filiae etiam indulgentie, quæ vi-
sitantibus aliquam ecclesiam certis diebus,
& aliquid hujusmodi loco pio pro eorum
arbitrio, & devotione erogantibus conce-
sse fuerant ut quæ quæstundi facultatem
quomodolibet contineant, sub dicta con-
stitutione Pij V. revocatoria indulgentia-
rum manus adjutrices porrigitibus con-
cessarum comprehenduntur, ut consuluit

Navar. de par. 1. & remiss. conf. 2. nu. 7. alias
conf. 17. nu. 6 par. 2.

134. Quare † id summam pastorum curam
postulat, & vigilantiam, ut scilicet videant
diligenter, ne hujusmodi aliæve indulgen-
tie antiquæ revocate denuo per compen-
dia, aut summaria, ipsis inconsultis, impi-
mantur, aut alio quovis modo in publi-
cum prodeant. Solent enim nonnulli hu-
jusmodi summaria, aut compendia, aliasve
indulgentias plenarias revocatas, aut alio-
qui limitatas Ordinariis inconsultis, vel
sub involuero deceptis, mandare typis, aut
exemplaria conscribere, & publicare, qua-
licet quandam pietatis speciem præferre
videantur; nulli tamen dubium est; sub
hoc titulo turpem latere questus esse.

etum. Ideo à locorum Ordinariis hoc
potissimum est, & omnino impressoribus
inhendetur. Alioqui, quod à Summis
Pontificibus in animarum salutem pater-
næ charitatis officio indulgentur, illis ob-
pasiorum aviditatem abusu in eorum
excidium verteretur. Ad quod, & ipsos
summos Pontifices maxime invigilasse
conspicimus, ut tot constitutiones super
hujusmodi indulgentiarum revocatione
non semel editæ, & conciliorum super pio
indulgentiarum usu promulgata decreta
testantur. Quapropter, ubi usu venerit, hu-
jusmodi, vel alia indulgentiarum genera
in diecessi publicari, non prius eas impri-
mendi, aut publicandi Episcopus auctor
facultatem facere debet, quam ipsa viderit
originalia, ex quorum lectione perspiciat,
an per alias clausulas in eis contentas,
ipse indulgentie sub aliqua revocatione
comprehendantur.

135. † Quia non creditur referenti, nisi
confiteretur de relato, aut si quis in aliquo C. de
eden. & Archid. in cap. quiescamus 42. dist.
Debent enim dicta exemplaria, quæ origi-
nalia vocant, in omnibus suis partibus, &
clausulis à principio usque ad finem perle-
gi: † nec iudicium est ferendum, nisi to-
ta lege perspecta, nam velox consilium se-
qui solet pœnitentia. Abb. in c. ad aposto-
licam 2. not. de reg. & Dec. in c. cum ve-
nerabilit. num. 45. de excep.

137. Imò † ut plurimum privilegia confi-
mantur, & clauduntur circa finem cum
expressa restrictiva subsequentibus, vel æ-
quipollentibus verbis, quatenus sunt in
usu, nec fuerint revocata, ac sacris ca-
nonibus, & sacro concilio Trident. con-
traria.

R. h. h. h. 3 Sed,